G-VII Bre

55151

DISSERTATIO MEDICA DE PESTE,

QUAM Deo duce & auſpice Dei-parâ ; in Auguſtiſſimo Ludoviceo Medico Monſpelienſi, publicis ſubjiciebat diſputationibus,

AUCTOR,

ARMANDUS - RAYMUNDUS BRETENET DE CAUMONT, Petrocorenſis ex urbe Sarlato apud Aquitanos, Liberalium Artium Magiſter, & jam-dudùm Almæ Univerſitatis Medicinæ Monſpelienſis Alumnus, die menſis Martii, anno 1784.

Pro primâ Apollinari Laureâ.

Dira propagatur peſtis, ſub corpore quovis
Tecta latet, varias merces, velamina, pannos,
Inficit, & magno defenſis æquore terris
Triſtia fallaci contagia munere portat.
GEOFFROI. Hygien. lib. 1.

MONSPELII,
Apud JOANNEM-FRANCISCUM PICOT, Regis & Univerſitatis Medicinæ Typographum unicum.

M. DCC. LXXXIV.

PRÆCELSO AC PRÆPOTENTI

DOMINO

ANNÆ-PETRO

DE MONTESQUIOU-FEZENSAC,

MARCHIONI DE MONTESQUIOU,

Domino de la Chatellenie Pairie de Coulommiers en Brie, Maupertuis, Touquin, Pezarches, Meillan, Valentez, cæterorumque nobilium Prædiorum; Baroni de MONTESQUIOU, quâque dignitate ſupremo Baroni Comitatus d'Armagnac; Canonico honorario Eccleſiæ Metropolitanæ Auſciorum Auguſtæ; Caſtrorum & Exercituum Reg. Præfecto; Regiorum Ordinum Equiti-Torquato; Equiti-Commendatori, Cancellario-majorum ſigillorum Cuſtodi, ſummo ærarii Præfecto ordinum Regiorum Militarium, & Hoſpitalium Noſtræ-Dominæ Carmeli Sanctique Lazari Hieroſolymæ; ſummo Præfecto Equilis DE MONSIEUR Fratris Regii; Ductori Venatuum Regis de Senart, imperante MONSIEUR,

VIR ILLUSTRISSIME,

INTER alia, quibus mihi ſumpſi, incitamenta, ut tua magnitudo *hoc tenue opuſculum dicatum haberet, Princeps*

eminet ſcopus, adquem in toto iſto Libello rectâ collineavit mens. Aggredior enim morbi genus eo magis lethiferum, quo magis dubio cauſæ ejus & remedia lumine gaudent. Si ſuper hancce tanti momenti materiem, optatam infundere lucem vano conamine tentaverim, gratum mihi habebit animus, quod tyronis rudimenta in tam laborioſo curriculo ſereno vultu acceperis. Hujuſce fiduciæ ex acri & conſtanti ſtudio, quo de rebus humanitati commodis, TUA MAGNITUDO, *atavique tui ſemper exarſiſtis, haud incertum pignus mihi conſtat. Ex hoc unico fonte oritur iſtud præſidium, non minus generoſum, quàm efficax, quo benevolus patronus me ipſummet tueri voluiſti.*

VIR ILLUSTRISSIME,

Dedicat, vovet & conſecrat,

Addictiſſimus humillimus Servus,

A. R. BRETENET DE CAUMONT.

Dabam Monſpelii
die Martii anno 1784.

DISSERTATIO MEDICA

DE PESTE.

DUM ſeriò cogitarem de ſeligendâ materie cujus tractatio, non tantùm utilis eſſet artis viris, ſed & etiam attentione omnium non indigna; nihil ad laudatum utrumque finem aſſequendum convenientius viſum eſt, quàm ut proferrem in lucem dirum hunc morbum cujus penè cuncta totius orbis populorum ora contagii vocibus reſonârunt, cuique peſtis nomen Majores noſtri tribuerunt.

Hanc orationem etſi parùm ornatam limatamque, ſi publici Juris faciendam cenſuimus, propter utilitatem materiei circà quam verſamur, nobis blanda ſpes, PATRES INTEGERRIMI, ut gratam acceptamque habere velitis.

Priſci pandantur Hiſtorici qui litteris conſignavêre peſtium originem, quam plurimi conſentiunt ex flagrantibus Africæ oris ortum duxiſſe peſtes, hinc diſſeminatas fuiſſe diverſas in Provincias quas ſucceſſivè devaſtare; commercii occaſione *Judæorum* cum *Africâ* ac potiſſimùm cum *Ægypto* (1), ſive in viciniores, ſive diſſitiores, advectam gentes arbitrantur; ſic ut Graphice depinxit Poëta (2).

His rabidam peſtem decuit conſurgere cunis.

Antiquiſſima peſtis quæ nobis ſit nota, quæque 430 annis antè *Eram*

(1) *C'eſt du limon qui croupit dans les lieux bas de l'Egypte après la retraite des eaux du Nil que s'exhale la peſte.*

(2) *Geoffroi. Hygien. lib.* 1º.

Chriſtianam ſe prodidit, ortum cœpit in *Æthiopiâ*, in *Ægypto*, hinc in *Perſiam* devenit, totam deindè *Græciam* infeſtavit, & fuit tranſlata in *Pireum* ſeu *Athenarum* Portum, ex quo patuit in loco gallicè nominato *Haute-Ville* (1).

Quæ ſub *Marco Aurelio* viſa fuit & qua non immunis manſit *Galenus*, eamdem ex relatu hujuſce præclari Viri habuit originem; in *Italiam*, *Romam à Lucio Vero* exercitûs romani Præfecto advecta eſt, qui Dux ubi bellum cum *Parthis* confeciſſet, quorum in regione jam adfuerat, præſertim ad *Niſibim*, ut ità dicam, ex Provinciis in Provincias, cum copiis eam duxit.

Procopus & Evagrus (2) bini ſunt Hiſtorici, ex oculis teſtes qui nobis tradidêre ſingula peſtis, quæ ſupervenit versùs initium decimi quinti anni Imperatore *Juſtiniano*. Uterque aſſerit eam ex *Ægypto* geſtam fuiſſe, & *Æthiopiam*, *Conſtantinopolim* pervaſiſſe; poſtquàm perluſtraſſet *Syriam*, *Græciam*, *Indiaſque Orientales*, ex *Oriente* in *Siciliam* pervenit, *Genas* pervaſit, *Sabaudiam*, *Provinciam*, *Delphinatum* pervagata fuit, & tandem percurrit *Hiſpaniam*, *Caſtilliam*, devaſtavitque *Angliam*, *Scotiam* & *Hiberniam*; quæ peſtis tàm ferè generalis fuit, quàm ea quæ graſſavit anno 1330, de quâ mentionem facit *Vinarius*, & quæ in omnibus partibus mundi noti, è medio ſuſtulit partem incolarum dimidiam & ampliùs.

Sub regno Philippi *de Valois* anno 1348 totum orbem infeſtavit illa tetra lues, cui nomen peſtis nigra. *Septentrionali* tamen in *Tartariâ* (3) orta fuit illa crudeliſſima peſtis, ex Imperatoris *Cantacuzenes* narratione (4) qui ipſe fuit teſtis vaſtitatum quas *Conſtantinopoli* effecit, quique rem

---

(1) *Thucidide qui vivoit dans ce temps-là en fut lui-même attaqué, & on peut s'en rapporter au témoignage de ce grand Homme.*

(2) *Evagre eut le malheur d'en être attaqué & d'y perdre ſa femme avec une partie de ſa famille.*

(3) *Le Nord que ſes froids exceſſifs préſervent ordinairement de la contagion, ne put lui échapper cette fois; une colonie de Norvegiens qui s'étoient établis ſur les rives du Groenland, l'ayant reçue de quelques vaiſſeaux qui l'aborderent, périt entiérement. Dès-lors toute communication ceſſa entre le Groenland, l'Iſlande & la Norwege, & ce ne fut que deux cens ans après que le Capitaine anglais* Frobisher *rétablit la communication entre l'Europe & le Groenland. Le Nord ſe ſent encore des ravages de cette peſte; en Iſlande il n'échappa à ce terrible fléau que ceux qui ſe retirerent ſur les hautes montagnes.*

(4) *Joan. Cantecuz. ex Impera. hiſt. lib. IV. cap. VIII.*

deſcripſit appoſitè ad permovendum ; è *Scythis Hyperboreis* incipiens, ferè omnes maritimas pervaſit oras, magnamque indigenarum partem abſumpſit ; nec enim *Pontum* tantummodò, *Thraciam*, *Macedoniam*, ſed etiam *Helladem*, *Italiam*, Inſulas omnes, *Ægyptum*, *Lybiam*, *Judæam*, *Syriam*, & Orbem ferè univerſum in circuitu permenſa ac pervagata eſt.

Id contagium aſſignatum fuit gurgitis hiatui cujus noxium virus aërem contaminavit, invito animoſo frigore quod in hâc Regione regnat (1). Hæc ſententia ſat congruens huic ſententiæ Medicorum qui contendunt *Aſiam* eſſe omnium peſtium cunem quæ à binis mille annis *Europam* vaſtare. Celebris *Paris* intendit etiam commercium *Saraceneorum*, *Maurorum Arabum* & *Turcarum* cum *Gallis* ſolam illius eſſe cauſam (2) magis conſentaneum veritati videtur omnes peſtes ex *Africâ Orientali* fundamentum trahere ; in *Aſiam* peſtem tranſvehit commercium ; mercatorum aliorumve peregrè euntium qui *Marabam* peregrinantur, congregatæ manus, peſtem contrahunt, & quiſque hominum in patriam redux eam ſpargit ; hæc eſt ea communis opinio cui ſuffragatur celeberrimus Poëta *Geoffroi* quem nos citare juvat.

Hæc eſt prima mali labes, hinc annua peſtis,
Naſcitur, *Ægypti*que endemia regnat in arvis.
Atque utinam hìc fixas poſuiſſet perfida ſedes,
Nec dira afflatu conſpergere ſemina poſſet !
Verum ex *Ægypto* & *Lybiæ* ferventibus oris,
Ex *Aſiâ* & terrâ quâ ſol novus aſpicit orbem,
Confluit ad tumulum *Mahometi* magna quot annis,
Turba catervatim properans, ſimul horrida morbi,
Semina portantur, cujus contagia quiſque
Haurit, & occultos admittit neſcius ignes
Quos dein ille redux patrias aſportet ad oras.
HYGIENES. Lib. 1°.

---

(1) *Mezerai, dans ſa grande Hiſtoire imprimée en mil ſix cent quarante-trois, lui donne une autre origine. Il dit qu'un globe de vapeur puante & enflammée tombant du Ciel dans le Royaume de Cathay, s'épandit plus de cent lieues à l'entour, & ayant dévoré tout le pays, laiſſa une telle infection dans l'air, qu'elle engendra cette peſtilence.*

(2) *Voyez ſon Mémoire ſur la peſte, couronné par la faculté de Médecine de Paris en* 1755.

Obſervatione compertum eſt *Europam* plus minuſve peſtem devaſtaſſe, proùt illa pars mundi in Regionibus *Orientalibus* (1) plus minuſve etiam commercium exercuit; abſque dubio eâ ratione *Maſſilia*, *Maguelones*, *Monſpeliumque* ſæpiùs peſte illigata fuere, quàm cæteræ *Franciæ* urbes, in quas conſtanter transfertur communicatione hominum qui in *Oriente* negotiantur & mercium hâcce lue contactarum deportatione.

Facta igitur quæ de peſtium originibus & propagationibus vulgò circumferuntur & ab hiſtoricis fide dignis tradita fuere, probant evidenter peſtem à plagis orientalibus mercium aut perſonarum inquinatarum ope ad oras Europæ maritimas ſemper traduci, traductamque à ſubjecto in ſubjectum proximius, à domo in domum vicinam, à vico in vicum propinquum, exindè in civitatem univerſam, & poſt modum in urbes, regioneſque proximiores, niſi commercium omne penitùs inhibeatur (2), ſer-

---

(1) *M.* Mallet *dit qu'on eſt généralement dans l'opinion aux échelles du Levant, que la peſte ne s'y déclare jamais, qu'elle n'y ait été apportée de Conſtantinople ou de l'Egypte; il avertit qu'il parle d'après le récit des Négocians. M.* Holande *aſſure qu'on croit à Conſtantinople que la peſte y eſt apportée de l'Egypte, que ce pays eſt ſon berceau, d'où elle ſe répand dans tout le reſte du Levant.*

(2) *Le ſérail du Grand Sultan à Conſtantinople en fournit la plus grande preuve. Tout le monde ſait que cette maladie eſt endémique dans ce pays, & malgré tous les ravages qu'elle a cauſés dans cette ville, elle n'eſt jamais parvenue dans le ſérail, vu la difficulté qu'il y a à faire parvenir quelque choſe dans un endroit où perſonne de dehors ne communique.*

J'ai vu, dit M. Fournier, *le grand Monaſtere de la Viſitation de Marſeille très-nombreux, attenant d'un côté une infirmerie, & de l'autre un cimetiere de peſtiférés, ſans qu'il y ait eu pendant tous les ravages de la peſte un ſeul malade, parce que durant tout ce temps il n'eut aucune communication avec les gens du dehors.*

Le Couvent des Religieuſes Dominicaines de la même Ville fut également préſervé par une interdiction abſolue de toute communication avec la Ville.

On a vu auſſi que tous les Habitans qui s'étoient, pour ainſi dire, barricadés dans leurs maiſons, n'en avoient pas été atteints.

En 1656, *la peſte qui déſola ſi cruellement la ville de Rome, épargna entiérement tous les Monaſteres des Religieuſes, les priſons de la Ville & celles du Château St. Ange.*

pere & ſtupendum in modum propagari ; hinc haud in dubium revocari poteſt contagioſam eſſe peſtem, quidquid contrarium tueantur præclari Viri inter quos eminent *Soulier*, *Verni*, *Chicoineau*. Ille Vir præſertim aſſeruit, nec per contactum (1), nec per afflatum, ſeu nec per ſpiracula cutis, nec per inſpirationis aut deglutitionis vias communicari. Hæc ſententia clariſſimi *Chicoineau* qui de patriâ tamen tot & tanta meruit, cujuſque nomen cordi benè ſentienti longè cariſſimum eſſe debet, hæc ſententia debilibus nixa fundamentis, ſponte corruit, ſi attendatur ad omnia quæ geruntur in peſte. Singuli peſte laborantes, ait *Lobbe*, tanquàm totidem fontes ex quibus exhalat contagium. Vidit *Helmontius* hominem qui tangendo chartas peſtiferas ex ipſo ſenſit dolorem quaſi pungentis acûs, moxque peſtilentem anthracem in indice digito oſtendit, & poſt biduum occubuit (2).

Solum contagium abſque causâ prædiſponente non ſufficere ut mor-

---

(1) *Les forçats qui ſauverent Marſeille fourniſſent un exemple des plus frappans de la communication de la peſte par le contact ; lorſque ces miſérables furent employés à enlever les corps morts qui étoient jonchés dans toutes les rues, ils jouiſſoient tous d'une ſanté parfaite, quoique occupés à des travaux pénibles & nourris d'alimens fort groſſiers ; de près de huit cens qui furent employés à cet ouvrage il n'en reſta que trente.*

L'opinion généralement répandue parmi les Européens éclairés qui habitent les échelles du Levant, eſt que le venin peſtilentiel, ſe communique par le contact immédiat des peſtiférés ou des objets qu'ils ont touchés. M. Mallet *cite le fait ſuivant.*

Il y avoit, dit-il, à Conſtantinople une maiſon de peſtiférés, qui avoiſinoit le quartier des Européens, où la peſte n'avoit cependant pas encore pénétré ; un jour qu'une jeune Anglaiſe étoit ſur la terraſſe de ſa maiſon, on verſa de la terraſſe de la maiſon peſtiférée plus élevée que celle de la maiſon européenne un baſſin d'urine & excrémens. Les parties les plus tenues en furent portées par le vent en forme de roſée ſur la jeune Anglaiſe. Quelques heures après elle éprouva un violent mal de tête, fut contrainte de ſe mettre au lit, & mourut le lendemain avec des ſymptomes évidens de peſte.

M. Deidier *a avancé dans un diſcours qu'il prononça à l'ouverture des Ecoles de Médecine de Montpellier, que la peſte n'eſt que trop effectivement contagieuſe.*

(2) *Tumulus peſtis.*

bum contagium producat, videtur multis probari experimentis. In Oriente deberet peſtis, abſque intermiſſione graſſari, ceſſat tamen & recrudeſcit; præterea peſtis tempore non omnes inficiuntur qui eidem contagio expoſiti vivunt; animi affectus validi imprimis terror (1) contagii efficaciam augent uti omnes omninò qui de peſte ſcripſere teſtantur. Ubi peſtis præſens eſt, ex hujus contrahendæ metu perpetuâ mentis ſuboritur contentio, & ex eâ contentione concuſſio cerebri; ex hiſce turbis ſolidorum & fluidorum motus etiam ſufflaminantur; exindè lethales inflammationes & gangrænæ. Denique peſtis & mors citiùs nunc verò tardiùs juxtà diverſos terroris gradus ſoboleſcunt; undè fit ut *Langius* in medium protulit à ſolo terrore peſtis peſtem oriri. Obſervavit *Benſa* (2) illos qui ex terrore peſtem contraxerant, vel nunquàm vel rariſſimè ſaltem evaſiſſe. Exindè credit *Turcas* qui peſtem non magis metuunt quàm alium vulgarem morbum, non adeò copioſa numerare funera, licet ſingulis fermè annis, *Conſtantinopoli* obſervetur. Vidit nobilem Virum qui de feneſtrâ conſpiciens currum quo ægri vehebantur, ex concepto terrore peſte tactus intrà paucos dies periit.

Quibus autem contingit hæc felicitas ut virus peſtilentis funeſtam malignitatem non experiantur, licet ejus impreſſionibus expoſiti, non è tanto periculo evadere, 1°. quam propter animi firmitudinem; 2°. ſobrietatem cujus utilitas agnoſcitur, 3°. præſertim tandem peculiarem quamdam diſpoſitionem, ſeu certum temperiei modum partibus fluidis & ſolidis inſitum, ratione cujus evenit ut nulla prorsùs fuerit inter miaſmata peſtifera, & fluidorum ſolidorumque particulas, ſeu uti vulgò loquuntur inter agentia & patientia proportio.

Quò illud evidentiùs probetur, in medium adducemus exempla morborum qui ſunt contagioſi, ſcilicet ſcabiei, luis venereæ, hydrophobiæ, ſcorbuti & ſimilium qui quidem non omnibus ſubjectis indiſcriminatim, ſed tantùm præ diſpoſitis communicantur, iterùmque illud confirmant exempla quorumdam qui venenis abſque noxâ familiariter utuntur, inſtar *Mithridatis* Regis Ponti qui venenorum deleterias facultates per totum vitæ periculum eluſit, ita ut eorum malignitati etiam ſuccumbere volens, nequiverit.

Ex quibus tandem & ſimilibus inferre poſſumus minimè cuiquam mi-

---

(1) *Quand la peſte entre dans une Ville, la peur marche à ſa ſuite, ces deux monſtres prennent chacun leur quartier, & y exercent à l'envi leurs ravages.*

(2) *De peſte auſt. pag.* 52.

nimè cuiquam mirum eſſe debere, quod multi ſæviente peſte malignitatem ejus non perſentiant, utpotè quibus ea deeſt fluidorum & diſpoſitio quæ deſideratur, ut virus peſtilens intromitti, vel ut intromiſſum, vires ſuas malignas in actum exercere valeat.

Non immorabimur in enucleandâ quæſtione, an peſtis ſpontè oriri poſſit, nimis tyroni ardua eſt (1). Huic opinioni favent quidam quibus præeſt inſignis *Michel* qui videtur hanc ſententiam maximè tueri (2).

Horrificam nunc peſtem cujus definitio (3) licet ab innumeris Auctoribus ſuſcepta, adhuc eſt deſideranda, non ſine horrore deſcribere aggredimur. Quis enim non ſtupeat morbo ſuprà omnes truculento, qui tantâ ſævitie furorem exercet, qui tam ſubitò univerſos populos & totas familias, & ſaniſſimos quoſque eodem tempore comprehendit ac trucidat, interque graviſſima ac inaudita hactenùs ſymptomata ſummo cum periculo, magnâque cum contentione decurrit.

Ubi raptus aliquis morbo eſt, quocumque in loco ſæviat, hæc ferè incidunt: glandulæ ſub aliis, pone aures, ſub maxillis, ipſæ mammæ, frequentiùs autem quæ in inguinibus ſitæ. Laſſitudo corporis inſignis eſt, ſummus mœror animum occupat ac ferocem turbidumque vultum reddit. Facies & oculi veluti certi peſtilentiæ, ſeu potiùs terroris & deſperationis indices, in peſte Maſſilienſi, ait *Chicoineau*, intuebantur. Appetentia ciborum omnis dejecta eſt, in capite acerbus dolor eſt, ſenſuumque ſtupor animadvertitur, etenim ſæpè ægri ad omnia ſtupidi redduntur, ac velut ſomno profundo abſorbentur. Etiam delirant, & niſi coerceas illos quaqua verſum divagantur, nonnulli ſic vagabundi ob ſenſuum ſtuporem concidunt & tanquàm ſemimortui jacent. Aliis non in caput, verum in pulmones malum incidit, mox præcordia inflammat, & dolores acutos circum pectus affert, & ſputa ſanguine contacta ejiciunt, atque è viſceribus

---

(1) M. Holande *regarde cette queſtion comme la plus importante de celles qui lui avoient été propoſées, & comme la plus difficile à réſoudre. Il ne l'a pas entrepris parce qu'il n'a pas trouvé aſſez de preuves qui appuyent cette aſſertion.*

(2) *Il cite comme une preuve le fait ſuivant. Un Berger iſolé depuis pluſieurs années ne communiquant avec perſonne fut attaqué de la peſte en gardant ſes troupeaux, il ſe rendit dans un lieu habité où il la communiqua.*

(3) *Ariſtoteles ſic peſtem definit. Morbus qui ex morbis cunctis, ille ſolus eſt qui ſingulis hominibus communis*, tom. II, *pag.* 521. *de his quæ ad medicinam pertinent.*

ſpiritus foràs tetrum odorem volvit; reſpiratio difficilis, indè aliquandò ſternutationes, raucitates, tuſſes. Fauces & lingua calore exarent, nigra & ſuffuſa ſanguine. Nauſea, vomitus frequens, cardialgia, ſingultus, convulſiones, dejectiones fœtidæ, & graveolentes, & permagna ſitis ægros vexant. Apparent bubones & carbunculi diverſis ſedibus, in dorſo potiſſimùm & brachiis & femoribus. In brachiis ſuprà & infrà non paucis autem, in maxillis, & quibuſdam in aliis corporis partibus, abceſſus ſive ulcera, his majora, aliis minora exiſtunt, & nigræ papulæ enaſcuntur. Quibuſdam velut atra ſtigmata per totum corpus erumpunt, aliis rariora magiſque conſpicua, aliis denſiora & obſcuriora. Hæ puſtulæ (1) purpureave exanthemata modò in unâ corporis parte, ſæpè in toto, ſubitò & cum febre acutâ continuâ, nunc quotidianæ, nunc tertianæ typum exhibente erumpunt (2). Ipſa peſtis quandòque ſub larvâ aliorum morborum latet, dùm peſtis, anno decimo tertio hujus ſæculi *Vindobonæ* graſſabatur, ſæpiùs ocultabatur ſub pleuritidis, catarrhi, anginæ ſpecie (3). Brevi poſt prodibant bubones & carbunculi certiſſimi peſtis teſtes & ſtipati ſolitis ſymptomatibus.

Nec ſimiliter omnes occupat peſtis, etenim ignorare non oportet ſymptomata nec in unâ peſte, nec in omnibus ægris, eadem ſpectari, ſed multùm utique variare, bubones tamen cum petechiis, carbunculis non unquàm deſunt, & luem certiſſimè efficiunt (4).

Obſervationes medicæ teſtantur ubi febris comitatur peſtim, ſummum frigus perceptum fuiſſe ab ægris, ac ſi aquâ gelidiſſimâ totum corpus perfunderetur. Qantus autem calor ſequatur, hoc frigus patet, dùm in quaſdam corporis partes impetus detonans, illas in eſcarum comburit, ait *Vietenius* (5), ac ſi vivo igne hoc factum fuiſſet. Legitur etiam apud eumdem Auctorem infantis peſte mortui cadaver poſt biduum adhuc caluiſſe.

Teſtantur ferè omnes qui de peſte ſcripſerunt, quod ſi graſſante peſte,

---

(1) *Hodges, de peſte. Lond. p.* 120.

(2) *Interim peſtilentiam etiam ſine febre quibus accidiſſe ipſe Hipp. Vidit Epid. lib. III. & Rivinius in peſte Lipſ.* 1680. *& Diemerbroek in peſte Neomagenſi* 1637. *Et Sydenhamius in peſte Londinenſi, nec-non Chicoineau, in peſte Maſſilienſi.*

(3) *Vide Viener.*

(4) *Solus eſt* Thucidides *qui in eleganti deſcriptione peſtis atticæ bubones non memorat.*

(5) *Commentar. in aphor. Boerh. tom. II. pag.* 64.

alio morbo corriperentur homines, brevi tamen in peſte degeneraret. In epidemicorum morborum principe, ſævâ peſte nempè, aſſerit *Vietenius* (1), omnes reliqui morbi conſueti ſilent, & ſi fortè unus vel alter propullulet in peſtem deſinit ſemper; ſi quis etiam ante aliquantum ægrotaret in peſte nigrâ quæ ferè totum invaſit orbem, affirmat *Cantecuzenes* (2) omnia in illud morbi genus ſe exonerabant; idem apud *Thucydidem* legitur dum deſcribit Athenienſium peſtem quâ & ipſe correptus fuit ac feliciter evaſit (3); quod etiam confirmatur à *Diemerbroek* (4).

Contagione omnem alium morbum calamitoſa lues ſuperat; ipſiuſque miaſmatis conſtantia tanta ac tenuitas eſt ut rebus promptè adhæreat; nullumque miaſma quod vires corporis tam ſubitò deſtruit, tantamque putredinem humoribus inducit, quam hoc peſtilentiale. Undè cadavera illicò fœtent, intumeſcunt, & celerrimè putreſcunt, & jam in ipſo mortis articulo ſub viridi colore inficiuntur (5); imò poſt interitum non raro ſudore diffluunt (6).

Peſtis ſæpè quæ corpora occupat ad ſubitam putredinem diſponit; cùm autem calor æſtivus putredini faveat, imprimis ſi ſimul humidus ſit, utì omnibus notum eſt; hinc in locis peſte affectis hyemale frigus anhelant miſeri, dùm ſperant indè mali abolitionem vel ſaltem immunitionem.

Illud etiam noviſſe non inutile præſagia ſalutis in hoc morbo ſatis incerta eſſe, cùm multi de quibus plena ſpes, cùm ſcilicet ſeptimum aut nonum diem ſuperarunt, aut qui adeò ad tertiam imò quartam hebdomadam nihilominùs adhuc inopinanter trucidantur (7), viciſſimque præſagia mortis, ex regreſſo bubone, & ex aliis mortiferis ſymptomatibus aliquando fallere ſolent: nam & bubones iſti inter ſudores aliquandò ſalubriter revertuntur.

Nullus morbus, *Mindererus*, magis ex ſe periculoſus eſt, aut in quo ſigna omnia magis infida ſunt, & motus magis incerti, inconſtanteſque ſimiliter. *Hieronimius Montuus* (8) nos peſtilentiam ait, graſſari vidimus *Lugduni* & *Viennæ* anno 1725, febris parva videbatur ac febre ſe

---

(1) *Idem de morbis epid. tom. V.*
(2) *Ex Hiſtoriâ Imperatorum. Lib. IV. cap. VIII.*
(3) *De peſte Athen. lib. II.*
(4) *De peſte. cap. V. pag. X.*
(5) *Hodges, pag. XLI.*
(6) *Idem, pag. CXIX.*
(7) Diemebroek *de peſte Neomagenci, cap. VII. pag. XVI.*
(8) *Vide Praxim. medicam.*

liberos ægrotantes opinabantur, pulſus erant moderatis ſimiles & urinæ, colore, conſiſtentiâ, & contentis non illaudabiles, qui tamen omnes occubuerit.

Notavit *Sydenhamius* quandòque in peſtis admodùm funeſtæ exordio, homines abſque ullâ febre ſubitò mortuos fuiſſe (1), maculis purpureis præſentaneis interitus nunciis, etiam dùm in foro verſarentur, erumpentibus. Illud confirmat *Vogel* (2) aiens multi de repentè maculis purpureis undiquaque fœdati, citrà febrem moriuntur.

Morellus (3) fit, inquit ſcite, ut in peſte fallat nos ſenſus, fallat ratio, fallant *Hippocratis* aphoriſmi, & ipſe, ùt puto, ait ille vir, in his falleretur *Hippocrates.*

Prognoſis igitur peſtis adeò incerta eſt ut nihil de ejus eventu poſſit certò conſtitui; præterea circà prognoſim hæc notanda adhuc veniunt.

Lues primò ſtatim ab ortu effera & exquiſita brevi ſpatio terminatur.

Hæmorrhagia omnis periculoſa, item (4) alvi fluxus in principio: ii alvi fluxus bilioſi vel à levi causâ irritantur, multos ad interitum perducunt, ſic refert *Hippocrates* 3. Epidem. In peſtilenti conſtitutione ibi deſcripta plurimos alvi fluxu tamen & dyſenteria fuiſſe ſanatos. Undè videtur principio morbi ſæpè ſalubriter fuere, quod etiam aliquandò eſſe lethale ſignum experientia docuit.

Quo plures bubones erumpunt modò ſupputati, eò fortunatior morbi exitus; his carbunculi ſemper magis exitiales.

Carbunculos plures, paucis eſſe periculoſiores, & contrà bubones plures, paucioribus eſſe ſecuriores, experientiâ obſervatum eſt.

Surditas cum ſopore mox emerſuræ parotidis index eſt. Stigmata peſtilentia profunda, malum primo, ſecundo & tertio die præſignificant.

Maculæ purpureæ ſi retrocedant, poſtquàm apparuerint, peſſimum ſignum eſt, indicant enim materiem morbificam ad interiora refluere.

Contractiones & ſubſultus membrorum in peſte contingere ſoliti, convulſivi motus ſunt & admodùm periculoſi, idque magis ſi cum delirio conjungantur, maximam etenim cerebri læſionem ſignificant.

Motus tremuli manuum & linguæ funeſti eſſe ſolent & plurimùm damnantur ab *Hippocrate* 1. prog.

---

(1) *Opera. Sect. III. cap. II.*

(2) *De cognoſcendis & curandis affectibus præcipuis corporis humani. Art. de peſte*, *pag. LXVI.*

(3) *De febre purpuratâ. epidem. peſtis.*

(4) Gilbertus *notavit talem in peſte Aleſinſi fuiſſe ſalutarem, in Maſſilienſi verò non item.*

Ex urinis in peſte nulla ferè prognoſis elicitur, aut admodum incerta; non ſolùm enim perturbata, tenuior aut craſſior urina, ut in aliis febribus mala eſt, ſed etiam illa quæ urinis ſanorum conſimilis. Imò verò multi coctionis ſignis manifeſtæ in urinis apparentibus, iiſque denuò recrudeſcentibus, etiam è medio ſublati ſunt.

Urina pinguis & oleoginea, nigra aut liveſcens, cum hypoſtaſi nigra aut liveſcente certum exitium pronuntiat.

Copioſa admodùm urina quam febris immunitio non ſequitur, periculoſa eſt, quia colliquationem ſignificat.

Sudores in hâc febre etiamſi cum requiſitis accidant conditionibus, nedùm in die decretorio, raró ſolent eam ex voto judicare. Imò interdùm primo die ex ſudoribus febris remittitur, deinceps verò ſymptomata ingraveſcunt alia, poſt multos ſudores ſuccumbit æger. Sudores enim copioſi morbum non imminuentes, ex colliquatione totius corporis oriuntur. Neque ob id credendum eſt in hâc febre nuſquam prodeſſe criticos ſudores. Obſervatione compertum eſt longè utilius eſſe ſi frequentius ſudoribus æger à principio (1) morbi corripiatur, dummodò ex ſudore non ſe deteriùs habeat, ſignum eſt enim naturam paulatim materiem attenuare & per ſudorem excernere. Sudor lenis & conſtans, ait *Chenot* (2), bubonum & carbunculorum exortum, & elationem præeuns aut concomitans, nauſeam anxietatem tollens, ægros in tuto collocat. Sudores qui ultimo morbi tempore ſuperveniunt, ægrotantium vires frangunt, ferèque ſemper illi ſunt funeſtæ.

Quàm ſæpè ſæpiſſimè remedia perludit peſtis, quàm frequenter qui maximâ impensâ curantur, non ſecùs ac pauperrimi moriuntur (3); tàm incurabile hoc malum, ut neque illud diœta, neque robur corporis poſſit

---

(1) *L'évacuation qui paroît la plus utile dans cette maladie eſt la ſueur, ſur-tout celle qui vient dans les premiers jours ou après un léger émétique, ou par la tranquillité du malade, & qui n'eſt excitée que par la chaleur naturelle; car celles qui ſont produites par les remedes ſont ſouvent équivoques & n'ont d'autre ſuccès que d'irriter le mal. Les premieres ſueurs en arrêtent le plus ſouvent les progrès, & parviennent à détruire totalement le virus.*

(2) *Tractatus de peſte.*

(3) *Sanctorius a déclaré que les malades qui n'avoient demandé aucun ſecours à la Médecine, s'étoient mieux tirés d'affaire que ceux qui avoient été traités dans les regles.*

reſiſtere, cùm omnia æquè valida (1) ut imbecilla corpora proſternat. Nullum undècumque certum auxilium hactenùs inventum fuit; quod enim uni ſalutare, alteri idem patienti venenum eſt. Attamen nunc à nobis indicanda veniunt quædam auxilia obſervatione & experientiâ innixâ, tanquàm idonea in coercendis reprimendiſque mali progreſſibus.

Præcipuum prophilacticum inititur in legibus ſobrietatis & animi firmitudinibus; in exemplo eſt *Socrates* ſapientiſſimus Philoſophorom cui peſtis teterrima *Athenienſis* pepercerat propter ſobrietatem & animi moderationem. Etenim nihil deſperatione miſerabilius: ſæpiſſimè tempore peſtis, cum quis ægrum ſe ſentit, ſpes nulla incolumitatis relinquitur, ac deſperabundi ſemetipſos abjiciunt; morbumque non mediocriter iſtâ defectione, triſtitiâque augentes repentè animas efflant (2).

Errores in diœtâ commiſſi prædiſponere quidem poſſunt corpus ut faciliùs & graviùs afficiatur. Vitanda ſunt igitur cruditas, fatigatio, frigus, calor, libido, multò magis ſe continere oportet (3), non aliâ de causâ nocent quam quod ſuccos vitient & vires nimium convellant.

Per totum peſtis ſævientis decurſum, ſufflumigia, odoramenta, ſpongiæ imbutæ aceto, imò eorumdem & ſimilium uſus, licet in opuſculis

---

(1) *La peſte attaque ordinairement les tempéramens les plus robuſtes & les plus vigoureux, & ils en échappent moins que les malades d'une complexion foible & délicate.*

(2) *Qu'il me ſoit permis de rapporter ici deux faits arrivés lors de la derniere peſte de Marſeille en* 1720, *& qui viennent à l'appui de ce que j'ai avancé ſur la frayeur. C'eſt d'un temoin oculaire qui a donné une relation hiſtorique de ce déſaſtre que j'emprunte ce que je vais dire. Un Payſan, au ſeul bruit de la peſte, fut ſaiſi de la plus grande frayeur; il s'enferme ſeul dans ſa maiſon avec ſa femme qui tombe bientôt malade comme lui; quelques jours après, ſentant ſes forces s'affoiblir, il ouvre deux foſſes, une pour chacun, dit le dernier adieu à ſa femme, ſe traîne juſqu'à la foſſe & s'y enſevelit tout vivant.*

Ailleurs, une Payſane, que le ſeul nom de la peſte avoit jetée dans la plus grande terreur, jugeant que ſa mort ſeroit bientôt prochaine, & que ſon mari couroit riſque de s'infecter s'il étoit obligé de la porter au tombeau, ſe fit jeter le bout d'une longue corde, ſe l'attacha elle-même aux pieds, afin qu'après ſa mort ſon mari pût la traîner à la foſſe ſans toucher à ſon corps.

(3) Cornel. *Celſi obſ.*

ſuis

ſuis iterùm atque iterùm aſſeruit *Chicoineau* & conſtanter affirmavit (1) quodlibet genus aromatorum vel inutile eſſe vel ſummè noxium & pernicioſum, ac augendo terrori unicè idoneum, hæc auxilia tamen quàm maximè proſunt; quod confirmatur obſervatione; obſervatum enim fuit loca aromatorum promptuariis vicina à peſte intacta manſiſſe; ità & conſtitit in peſte Londinenſi immunes manſiſſe omnes homines qui navibus conſtituendis occupabantur, dùm perpetuò verſabantur in aëre piſcis fragrantis imbuto (2). Voluit *Hippocrates* vino picato uſum fuiſſe, tantam autem fiduciam in piſcis fragrantiâ habuit ut crediderit *Hiſpanos*, ideò rariùs peſte affligi, qui à doliis plerumque carent, & vina picatis coriis conſervant; regio tamen fervida eſt, Africæ æmula & contermina, nec ſordes deſunt, ubi nullæ propè admodùm latrinæ ſunt, ait *Vietenius* (3).

Nicotianæ herbæ uſus à multis & præclaris Auctoribus laudatur tanquàm utiliſſimus dùm peſtis graſſatur. *Diemerbroekius* multus eſt in laudibus tabaci, & pro ſeipſo utebatur hoc unico prophilactico ſatis liberaliter antè prandium, poſt prandium, poſt cœnam & ſæpè intermedio etiam tempore. Optimus *Parochus* qui peſte decumbentibus ſacra adminiſtrabat, ſimul ac egreſſus fuerat ex infectâ domo, vicinam ingrediens, tabaci fumo utebatur, ſicque liber manſit (4). *Benſa* qui peſtem in auſtriâ graſſantem deſcripſit, commendavit pulverem tabaci naribus attrahendum (5).

Acetum (6) de quo tanto cum ſucceſſu uſi fuere Romani, quodque ab omnibus qui de peſte ſcripſere, tanquàm optimum prophilacticum fuit commendatum, in uſum igitur vocandum venit; quæ de hoc dixere, *Mindererus*, *Boerhaavius*, *Geoffroi*, *Cartheuſer*, decies legi merentur.

Licet in peſte tractandâ, curandâque, tanta ſit vacillatio in conſiliis, tanta in obſervandis diverſitas, tanta demùm in præſidiis admovendis diſcrepantia, ut ſat difficile, rudi ac in-experto tironi, ex hâc labyrinthi ſpecie egredi poſſe, tamen innixi præclaribus Auctoribus, curationis præcepta quæ hucuſque ſaniſſima habita fuere trademus.

---

(1) *Vide Orationem habitam pro ſolemni ſcholarum inſtauratione in Ludoviceo Monſpelienſi anno* 1722.

(2) Helmontius. *Tumulus peſtis.*

(3) *Comment. in aph. Boerh. de morbis epidem. tom. V.*

(4) *Æſop.* Epulanus, *pag.* 444.

(5) *De peſte Viennenſi.*

(6) Mercatus *recommande le vinaigre où l'on a mis infuſer la fleur de ſoucis ſauvages.*

Circà venæ-ſectionem quanta ineſt controverſia , ab aliis admittitur, ab alteris quidem rejicitur. Largam ſanguinis miſſionem ab initio peſtis laudat *Sydenhamius* (1); plurium celebrium Scriptorum teſtimoniis & auctoritate ſuam ſententiam confirmat imprimis *Leonard. Botallus* (2) qui largas ſanguinis miſſiones laudavit. De peſte autem teſtatur quod in diverſis locis diri hujus morbi curationi præfuerit, & in omnibus ſuis ægrotis qui innumeri fuerant, nullum præſtantius ac ſalutarius eſſe reperit, largâ & tempeſtivâ ipſsâ ſanguinis miſſione. Chirurgus in caſtro *Dunſtar* qui cùm peſtilentia præſidialium Militum jam aliquot necaſſet, cunctis deindè venam ſecuerit, illos tunc lecto commiſerit, effeceritque ſic ut licet nulla medicamenta data eſſent, nemo horum quamvis quam plurimorum deſideratus fuit. Venæ-ſectionis etiam alii Fautores ſunt, *Coſtæus*, *Maſſa*, *Septalius*, *Truncavellius*; *Hollerius* pariter venæ-ſectionis potiùs patronus quam adverſarius, eam ſuadendo tamen in peſte, ſi inquit, omnia eam permittunt.

Mercatus, *Mercurialis*, *Maſſaria*, *Luſitanus* capivacenis, & præcipuè verò *Sennertus* & *Foreſtus* ita quidem ut hic intrà primas duas decem horas invadentis morbi ſaltem antè nycthimeri ſpatium elapſum proficuam cenſuerint phlebotomiam, ultrà id tempus neutiquam.

Teſtatur *Galenus* (3) dùm olim *Aſiam* gravis peſtilentia invaſiſſet, à quâ multi moriebantur, tùm ſecundo morbi die crus ſcalpendo, ad binas libras vacuationem fieri permiſit, nullâ factâ remiſſione, atque hâc ratione periculum effugit; multi quoque alii hoc auxilio uſi fuiſſent, fuêre ſervati; ac maximè qui largam ſanguinis copiam eduxerunt.

Alii Auctores obſervarunt noxiam fuiſſe ſanguinis miſſionem in peſte; triſtiſſimâ experientiâ edoctum ſe fatetur *Sorbait* (4), pleroſque qui ſanguinem miſerunt occubuiſſe, & ſi fortè nonnulli evaſerunt, id evenit quod vel plethorici eſſent, vel quod ſolam venam pedis, & in principio priuſquàm venenum radices egiſſet, vireſque frangiſſet ſecuerint. *Oribaſius* refert à peſte correptum, detracto ſanguine per venas inferiores convaluiſſe, & omnes qui eodem remedio uſi fuiſſent liberatos (5). *Fallopius*, *Hildanus*, *Platerus*, *Paræus*, *Mindererus*, *Barbette*, *Diemerbroek*, *Walſchmid*, *Fournier* (6) pluresque alii quos hîc citare

---

(1) *Opera tractat. de peſte.*

(2) *De peſte & peſtiferis affectibus.*

(3) *De venæ-ſectione.* Charter, *tom. VIII*, *pag. 699.*

(4) *In peſte Viennenſi anno 1679.*

(5) *De peſte*, *lib. 7*, *cap. X.*

(6) *Ce grand Médecin proteſte que la ſaignée, ſoit du bras, ſoit du*

poſſemus, ſcripſere aut cunctis aut pœne cunctis exitio phlebotomiam fuiſſe.

Conſtat eumdem morbum epidemicè graſſantem diversâ fuiſſe methodo tractatam, ſolamque doctrinam nocentium & juvantium poſſe hîc dare tutam in praxi regulam (1); ſaltem in eo conveniunt omnes ſanguinis miſſionem non profuiſſe, niſi in ipſo morbi initio, & ſemper nocuiſſe ſi tumores quidam jam erupiſſent. Præfereà in morbis epidemicis & in ipsâ peſte, obſervatur quandoque diverſa penitùs ſanguinis conſtitutio in variis hominibus eodem morbo decumbentibus. Omnes Medici ſatis conſentiunt in inflammatoriâ ſanguinis ſpiſſitudine & morbis indè pendentibus, largam ſanguinis miſſionem optimum dare remedium, contrarium obtinet dùm in putridum liquamen tendit ſanguis nimis diſſolutus. Ex his videtur graſſante peſte ſemper attendendum eſſe ad naturam conſtitutionem epidemicam luis, & tùm utilem tùm noxiam eſſe phlebotomiam.

De purgatione non minûs inter practicos Auctores controvertitur; plurimi Medici eorum uſum damnant, ſaltem ambiguum effectum illis tribuunt. Alii verò initio morbi non rejiciunt; quâ de re ſi fas ſit mentem noſtram aperire, proferemus purgantia præſcribenda eſſe ac quidem ipſo morbi initio, ubi ſcilicet cachochimicum invadat peſtis, aut ſaburra copioſa niduletur in primis viis; ſed attendendum ſemper ad caracterem epidemiæ. Purgantia quibus utuntur hâcce in circumſtantiâ non fortiora eſſe debent. Verbi gratiâ rheum, cremor tartari, tamarindi, caſſia, manna, ſyrupus roſarum ſolut. & florum perſ. anteponenda ſunt.

Unum verbum mittemus de emeticis quæ nonnulli laudibus admodum extollunt, quæque verò plures omninò rejiciunt. *Rivinus* verbi gratiâ aſſerit non convenire illis qui contagium inſpirarunt (2); attamen cujuſdam utilitatis eſſe poſſunt ineunte morbo; cùm primæ viæ præſertim ſtomachus ſaburra tenaci, viſcoſa glutinoſa induitur, & identidèm caput ſympathicè illis dolet. Vomitotiis multos apertè liberari conſtat; legitur (3)

---

pied, fut toujours ſuivie des accidens les plus funeſtes dans la derniere peſte de Marſeille.

(1) *Il eſt très-important dans le traitement de cette maladie d'entrer dans les vues de la nature; elles ſont très-variées dans les différentes épidémies; & l'on peut dire de la peſte comme de toutes les maladies populaires, que les premiers qui en ſont frappés peuvent être autant les victimes de la prudence que de la témérité.*

(2) *De peſte*, *pag.* 593.

(3) *Vide opera* Riverii. *Centur. IV*, *obſerv.* 99.

quemdam cui demandata fuerat cura tertiæ partis alicujus Urbis peſte afflictæ, omnes ferè curaſſe vomitorio quod exhibebat ſtatim atque apparebant ſigna morbi imminentis vel præſentis.

Annotandam eſt quod ſi poſt exhibitionem purgantis vel vomitorii ægri vires debilitantur, refocillandæ ſunt levi cardiaco; non inutile eſſet quandoque cardiaca purgantibus adjungere ut virium debilitati obſtent.

Sudatoria methodus ab omni ævo præcipuas in peſte egit partes; quibuſdam tamen non innocua videtur. Per ſudores nihilhominùs etiam morbum tentavit *Sydenhamius*, modò nondùm aliquis tumor proturberraret, unicam tunc tantùm venæ-ſectionem inſtituebat, & moderatam quidem pro ægrotantis viribus & temperamento, in lecto jacente ægroto, & mox ſtragulis obruebat; potu tenui leviter ſudorifero (1), incœptam diaphoreſim ſuſtinebat per viginti quatuor ad minus horas.

Ad exemplum præclarorum in Arte Magiſtrorum, ſemper habitâ ratione ad naturam conſtitutionis epidemicæ, tentari poteſt hæc methodus, cùm natura hanc viam ſternit, nullaque deprehenditur contra-indicatio.

In fonticulis & veſicatoriis ſummum quæritur præſidium; potenter enim pravos ac venenatos humores attrahunt, variis partibus admota. Vulgò adhibentur poſteriori parti cervicis: hinc etiam & materiem veneficam eliciunt & à capite derivant, comatoſiſque affectibus qui non raro in hiſce febribus ſolent contingere, percurandis inſerviunt; ubi maxima eſt malignitas ſæviſſimaque ſymptomata urgent, unicum non veſicatorium ſufficit, ſed plura admovenda ſunt. *Riverius* commendat in pluribus locis adhibere (2). Summum hujus remedii uſum ex *Galeno* (3) elicere poſſumus, qui refert in febre peſtilenti omnes evaſiſſe quibus exulcerationes in variis corporis partibus contingerint, evacuata nimirùm, per ea ulcera materie morbificâ. Ex ore quàm Meritiſſimi ac Illuſtriſſimi hujuſce Lycæi Profeſſoris D. D. *Brouſſonet* nobis aſſerentis in præſtan-

---

(1) *On a toujours vu que les ſudorifiques les plus doux étoient les plus convenables ; dans la derniere peſte de Marſeille l'on ne pouvoit aller au-delà de l'infuſion du chardon bénit, de la poudre de vipere & du lilium dans les plus grandes foibleſſes.*

Diemerbroek *faiſoit appliquer des ſachets d'avoine chaude, aux pieds, aux aines, & aux aiſſelles pour exciter la tranſpiration : cette pratique peut avoir ſes avantages.*

(2) *Praxis medica, cap. de febre peſtilenti.*

(3) *Lib. V meth. cap. XII.*

tiſſimis prælectionibus quarum in æternum recordabimur, audivimus, graſſante peſte, omnes quibus cauteria aperiebantur, hâcce tetrâ lue immunes fuiſſe. Sagaciſſimus ille vir commendat admodùm veſicantia tempore peſtis, eaque ſpectat, tanquàm utiliſſimum quod hactenus fuit notum auxilium.

Zacutus Luſitanus ut plurimùm laudat cucurbitulas ſcarificatas in eundem finem, propè inguina & axillas admotas (1); his enim vitioſus humor ad partes ignobiles, & communia emunctoria attrahitur ad quæ natura ſolet eum utiliter deponere (2).

Acida præſertim ſulphuris & vitrioli ſummis efferunt laudibus, ut pateat quanto in pretio habeantur, ſufficiet nobis unius *Mindereri* verba in medium affere quæ habentur (3), *nulla*, *inquit*, *eſt putredo cujus vires non frangant*, *nulla infectio quam non ſuperent*, *nulla humorum depravatio quæ per iſta non ſuperetur.*

Antiſeptica non immeritò locum ſibi vindicant; palmarium præbent kinakina, camphora, magneſia (4) calcinata, quam laudibus extollunt *Germani*, & acidum mephiticum ſive per os ſive ſub formâ enematis adminiſtratum, quodque præſtantiſſimi viri *Bayen*, *Venel*, *Monet*, *Macquer*, *Prieſtley*, tanquàm remedium maximè antiſepticum decantare.

Radix ſerpentariæ virginianæ, contrayervæ, ſyrupi kermes, cæterorumque remediorum cardiacorum (5) uſus, cùm neceſſe eſt refocillare vires ſat congruens eſt. Circà vinum annotandum eſt ejus uſum in peſte aliquando eſſe proficuum & malignæ qualitati maximè adverſum: Medici prudentia hîc apprimè neceſſaria, ut morbi naturam ægrotantiſque

---

(1) *Praxis medica*, *obſ. XIII*, *lib. V.*

(2) *Le virus peſtilentiel ayant un mouvement déterminé vers la peau, il paroît que l'art, à l'imitation de la nature, peut être d'une grande reſſource dans cette maladie ; c'eſt donc en procurant des breches ou des ouvertures & des ſupurations, par leſquelles le virus puiſſe être entraîné, qu'on peut ſauver le malade.*

(3) *De peſtilentiâ*, *lib. XV.*

(4) *Vide egregiam diſſertationem clariſſimi* Bilhuber, *de magneſiâ crudâ atque calcinatâ*, *propugnatam Tubingæ anno* 1776.

(5) *Les cordiaux & les alexitaires conviennent aſſez ſouvent*, *mais ce ſeroit une faute groſſiere que de les donner indifféremment*, *car ils ont cauſé dans bien de cas des accidens funeſtes ; & l'on doit tâcher d'éviter ces inconvéniens*, *lorſqu'on croit qu'ils ſont indipenſables*, *en les mêlant avec les acides tant végétaux que minéraux.*

temperiem contempletur; ex his enim vini exhibendi indicatio deſumenda.

Denique ad ſymptomata etiam cura dirigenda eſt, nempe bubones, carbunculi, &c. propriam methodum curandi expoſtulant; ſi eorum ſeorſim proponeretur curatio, prolixior fieret hæc jam ſat fuſa diſſertatio, cùm ea aliundè ad Chirurgiam pertineat.

FINIS.

ARGUMENTABUNTUR

N.N. D.D. PROFFESSORES REGII.

N. D. JOANNES-FRANCISCUS IMBERT, *Cancellarius & Judex.*

N. D. PAULUS-JOSEPHUS DE BARTHEZ, *Cancellarius & Judex, Adjunctus.*

N. D. FRANCISCUS DE LAMURE, *Decanus.*

N. D. GASPARDUS JOANNES RENÉ, *Pro-Decanus.*

N. D. ANTONIUS GOUAN.

N. D. FRANCISCUS BROUSSONET.

N. D. FRANCISCUS VIGAROUS.

N. D. JOANNES SABATIER.

N. D. JOANN. CAR. DE GRIMAUD, N. D. DE BARTHEZ, *Coadj.*

N. D. HENRICUS - LUDOVICUS BRUN, N. D. DE LAMURE. *Coadjutor.*